De cautela atq; custodia nobis necessaria ne deū offendam⁹ qui semper t vbiq; p̄sens: cuncta que facim⁹ cernit: cū quo t nos semp securi sum⁹ cōtra insidias diaboli: eo q; nō deserit sperātes in se: nisi prior deseratur. Quomō etiam cor p cuius distractionem deus deserit: sit custodiendum atq; mundandū: Ca. XIIII.

Cave ergo ne in eo quod male delectat/ vel visio tua, vel cogitatio tua demorer: nec dicas aut facias quod nō licet etiā si libet: nec aliquo signo vel facto deus offendas: qui vbiq; p̄sens cernit quicquid fac. Magna custodia necessaria est tibi: quoniā oia agis ante oculos iudicis cuncta cernētis. Cū illo tamen semp es securus: si talē te p̄paraveris: vt tecū esse digneť. Si tecū nō est p gratiā: adest tamē p vindictā: sed ve tibi si ita tecū est: imo ve tibi si ita tecus nō adest. Illi nāq; irascit deus: quē peccantē non flagellat. Nam quē hic flagellando nō emendat: in futuro dānat. Certū est q; mors vbiq; tibi minatur: diabolus vero vbiq; insidiať vt animā tuā rapiat quādo egredietur de corpore. Tu vero

noli timere: quoniaz deus qui in te habitat: si tamē habitat: eripiet te a morte et a demone. Fidelis em̄ soci⁹ ē nec deserit sperātes in se: nisi prior ipse deseraī. Deseritur aūt cū cor p inutiles z prauas cogitatiōes: vaga mēte distrahīt. Idcirco omni sollicitudine z custodia illud debes custodire z tenere: vt in illo deus requiescere possit. In omni q̄ppe creatura que sub sole est mūdanis vanitatib⁹ occupaī: nihil humano corde sublimi⁹: nihil nobilius: nihilq; deo simili⁹ reperīt: q̄propter nihil aliud querit a te nisi cor tuū. Munda ergo illud p purā confessionē: z assiduā orationē: vt mūdo corde deū videre possis p continuā dei circūspectionē. In omni loco esto ei subiect⁹ z intentus: Compone mores tuos: vt sis in te pacat⁹. Dilige oēs homines: z omnibus te amabilē exhibe: vt sis pacific⁹ z dei fili⁹. Sic eris bon⁹ monachus: sanct⁹: humilis z rect⁹: z cū talis fueris memento mei.

De increpatione z accusatione sui ipsius p̄pter p̄dictorū omissionē et negligentiā: maiorēq; dilectionē lectionis q̄ oratōis. De insanie quoq; nostre detestatione: dū cum domino maiestatis in oratione loquentes: au-